

1529.

Ex Ms. arch. Stan. Aug. Reg.

829

Petrus Tomicki episcopus Cracovien-
sis regni Poloniae Vicecancellarius
Laurentio Drazimowski castellano Gem.

Magnifice domine amice charissime. 287 Cum
iremus hesterno die huc ex Varsovia, obviam
habuimus in itinere dominum Oborski ex Li-
thuania redeuntem, qui cum habuisset ad nos
litteras domini Chocienski, et regias ad o-
mnes ordines in conventu Varsoviensi con-
gregatos scriptas, eas nobis ibidem reddidit, ex
quibus cum intellexissemus Majestatem re-
giam contulisse in animo suo ornare
vestram Magnificentiam in Palatinatu Ma-
sovie, singularem ea hoc consolationem capi-
mus, optamusque et precamur, ut haec nova
dignitas cedat Magnificentiae vestrae et ejus
domini ad decus gloriam et perpetuam fe-
licitatem atque ornamentum. Mittimus
vestrae Magnificentiae litterarum universalium
et constitutionum, quae factae sunt pro com-
muni regni Defensione, optamusque illam
bene ac feliciter valere. Datum. Et.

